entia ſimplex. in qua nō ſolet generari for
ma poſt formam. ſed eſt una ex qua forme
proueniunt in receptibili earum et hec ſci
entia eſt effitiens id quod uocamus ſcien
tiam cogitabilem. et eſt principium eius.
et ipſa eſt uirtus anime intellectiua ab
ſoluta. que eſt ſimilis intelligentiis agen
tibus. ordinaẽ autem nō habet anima niſi
ex hoc quod habet aīa. quod ſi ñ haberet
non haberet ſcientiam animaleꝫ Ani
ma enim rationalis quomodo habet prin
cipium ex anima quod principium habet
ſcientiam preter ſapientiaꝫ anime. hoc eſt

conſiderandum. hoc debes ex tua anima
intelligere. Debeſ etiaʒ ſcire quod in
noſtro puro intellectu non eſt multitudo
ullo modo. neque ordo formaruʒ. Ip
ſe enim eſt principiuʒ omnis forme emanã
tis ab eo in anima. Debes etiaʒ tenere
ſimiliter eſſe diſpoſitionem ſeperatorum
pure ĩ hoc quod intelligunt aliqua.
Intellectus enim noſter eſt intellectus in
telligens formas. ⁊ creans illas non cuius
eſt formare aut q̄d eſt informa anime for
mare enim anime ſapientis hominis ſecun
dum quod eſt anima non eſt niſi formare
ordinare et diſtincte. vnde ipſa anima non
eſt ſimplex omninoꝰ omnis autem appren
ſio intelligibilis eſt ſimilitudo aliqua ad
formam ſeperatam a materia. et ab eius ac
cidẽtibus materialibus. ſicut prediximꝰ
ſed anima habet ħ ex hoc quod eſt ſubſtã
tia recipiens. impreſſa ab eo. Intelligẽtia
uero habet ħ ex hoc quod eſt principiuʒ
⁊ ſubſtantia agens. et creans. quod autem
proprium. eſt eius ex principalitate eius
ad animam. eſt eius intelligibilitas in ef
fectu. quod uero proprium eſt anime ex ħ
quod informatur ex ea. et recipit ab ea eſt
eius intelligibilitas in effectu. Quod aũt
debes ſcire de diſpoſitione formarum q̄
ſunt in anima ħ quod dicemus ſcilicet ꝙ
ymaginata. et quecumque adherent eis.
cum anima auertitur ab eis ſunt repoſita
in uirtutibus conſideratiuis eorum que
uere non ſunt apprehendentes. Si. n.
ħ eſſet. eſſent apprehendentes. ⁊ conſeruã
tes ſimul. ſed ſunt theſaurus ad quem cũ
conuertit ſe uirtus apprehendens iudicãſ
ymo eſtimatio aut anima aut intellectus
inueniet ea iam haberi. Si autem ñ in
uenerit ea neceſſe habebit redire ad perq
rendum et reminiſcendum. quod ſi non
fieret neceſſe eſſet nobis dubitare de om
ni anima occupata ab aliqua forma. anꝰ ipſa
forma haberet in ſe. an non haberet eſſe
niſi in potentia. Et dubitaremus quo
modo memoraretur et cum nõ fuit apud
animam in quo fuit. et anima cui adheſit.
quouſqʒ reuocaretur hec forma. Ani
malis aũt anime diſcrete ſunt uirtutes. et
vnicuique uirtuti per ſe ſeperatim attri
buta ſunt inſtrumenta. et foris aſſignatꝰ

eſt theſaurus. quas aliquando non contẽ
platur eſtimatio. et aſſignatus eſt intentõ
nibus theſaurus. quas aliquando non cõ
ſiderat eſtimatio. Non eniʒ eſtimatio
locus in quo ſtabiliantur iſta. ſed eſt iudi
cans. Et propter hoc dicimus quod
extimatio aliquando reſpicit formas et ĩ
tentiones repoſitas in his duobus uirtu
tibus. et aliquando auertit̃ ab eis. Di
cemus nunc de humanis animalibus in
ipſa intelligentia intelligibilia queʒ appre
hendunt. et deinde conuertuntur ab illis
ad alia non ſint in illis. perfecte in effectu
et ideo ipſe non intelligunt ea perfecte ĩ
effectu. an habeant theſaurum ĩ quo repo
nant. Sed hic theſaurus aut eſt cũ eſ
ſentia earum aut corpus. earum. aut aliqͩ
corporale earum. Iam autem diximꝰ
quod corpus. earum. et quod pendet ex
corpore. earum non eſt dignum ad hoc. ne
que eſt dignum ut ſit ſubm intelligibiliuʒ
quia non eſt dignum ut forme intellecte
ſint ſitum habenntes. ſed coiunctio earuʒ
cum corpore. faciet eas habere ſitum. Si
autem eſſent in corpore. habentes ſitum
non eſſent intelligibiles. Aut dicimus
quod ipſe forme intelligibiles. ſunt res ꝑ
ſe exiſtentes. quarum unaqueque eſt ſpe
cies et res per ſe exiſtens. Sed in
tellectus aliquando aſpicit illas. et aliquã
do auertitur ab illis. et poſtea conuertit̃
ad illas. Et eſt anima quaſi ſpeculum
Ipſe uero quaſi res extrinſece. q̄ aliquã
do apparent in ea. ⁊ aliquando non appa
rent. Et hoc fiet ſecundum comperatiões
que ſunt inter eas ⁊ animam. Aut ex prin
cipio agente emanet in anima forma poſt
formam. ſecundum petitionem anime. a q̄
principio poſtea cum auertitur eſſet ema
natio. quod ſi ita eſſet. eſſet neceſſe omni
bus hoĩs adiſcere ſicut primitus. Di
cemus ergo ultimam partem huius diui
ſionis eſſe ueram Impoſſibile eſt enim di
ci hanc formam eſſe in anima in effectu ꝑ
fecte. et non intelligi ab ea in effectu ꝑfec
te. Senſus enim de hoc quod eam intelli
git non eſt niſi quia forma exiſtit in ea un
de impoſſibile eſt eſſe theſaurum eius et
impoſſibile eſt etiam eſſentiam anime eſſe
eius theſaurum hoc enim quod ẽ theſau.

rus eius.nihil aliquid eſt.niſi quia forma
itellecta exiſtit i ea.Et nos ſic itelligimꝰ
Non eſt ſic apprehẽſio forme.Apprẽdere
ꝛ eni formã nõ ẽ theſauri.ſʒ tm̃ retinere.
Alterius ꝛ.n.uirtutis ẽ apprẽdere.formaſ
autem memoratas ꝛ formatas eſſe i a iq̃.
nõ eſt ſenſꝰ ipſas apprehẽdẽſ ſicut formas
ſenſibiles eẽ i aliquo nõ eſt ſenſus. Unde
corpora.in quibus ſũt forme ſenſibilium
nõ ſunt apprehẽdẽtia.Apprehẽſionẽ uero
ꝑm quod eſt uirtus apprehẽdẽtis neceſſe
eſt fieri ab eo.a quo ſolet iprimi ipſa for
ma aliquo modo ipreſſionis. In memo
riali autẽ ꝛ formali nõ iprimũtur forme ni
ſi ſʒ ꝙ ſunt inſtrumenta.ꝛ habent corpus
retinẽs ipas formas ꝓpinquuʒ gerenti ip
ſam uirtutem apprehẽdẽtem que eſt yma
ginatio ꝛ extimatio.ita ut ↄſideret eas cũ
uult.ſicut retinẽt formam ſenſatam circa
ſenſũ ad hoc ut inquirat eam ſenſus cum
uoluerit.hoc autem poteſt intelligi.in me
moriali ꝛ formali.non in anima formam.n.
intellectam eẽ in anima . hoc idẽ eſt quod
apprendi eam. Idem poſtea declarabi
mus adhuc in ſapientia prima . quod hec
forma non eſt per ſe exiſtẽs. Reſtat ergo
ut ultima pars ſit uera.ꝛ ut diſcere nõ ſit
niſi acquirere perfectam aptitudinem cõ
iungi ſe intelligentie agenti . quouſque
fiat ex ea intellectus . qui eſt ſimplex a q̃
emanent forme ordinate mediante anima
in cogitatione. Aptitudo autem que
precedit diſcere eſt imperfecta. poſtquã
autem diſcitur eſt integra. Cum enim
tranſit in mente eius qui diſcit id quod
coheret cum intellecto inquiſito et con
uertit ſe anima ad inſpiciendum. Ipſa aũt
inſpectio eſt conuerſio anime ad princip
um dans intellectum ſolet anima cõiungi
intelligentie.et emanat ab ea uirtus intel
lectus ſimplicis.quam ſequitur emanatio
ordinandi. Si uero auertitur a primo
fiunt ipſe forme in potentia.ſed potentia.
proxima. ergo primum diſcere eſt ſicut
oculi curatio.qui factus ſanus. cum uult
aſpicit aliquid unum ſumat aliquam for
mam. Cum uero auertitur ab illo . fit il
lud ſibi in potentia.proxima effectui.Qꝛ
anima humana generaliter eſt in corpore.
non poteſt recipere ſubito intelligentiam
gentem. Sed eius diſpoſitio ẽ ſicut
dicimus. Cum enim dicitur plato eſt
ſciens intelligibilia hic ſenſus eſt. ut cum
uoluerit reuocet formam ad mentem ſuã
Cuius etiam ſenſus eſt. ut cum uolue
rit poſſit coniungi intelligentie agenti ita
ut ab ea in ipſum formetur ipſum intellec
tum. Non quod intellectum ſit preſens
ſue menti.et formatum in ſuo intellectu i
effectu ſemper . neque ſicut erat prius
quam diſceret. Hic enim modus intelli
gendi in potentia. eſt uirtus que acquirit
anime intelligere cum uoluerit coniunge
tur intelligentie a qua emanat in eam for
ma intellecta.que forma ẽ itellectus adep
tus ueriſſime. Et hec uirtus eſt intel
lectus in effectu. ſecundum quod eſt per
fectio. Sed formatio ymaginabilium ẽ
reſpectio anime ad theſauros.ſẽſibilium.
Sed primum eſt inſpicere quod eſt ſu
perius.hoc autem eſt inſpicere quod eſt i
ferius. Cum autem anima liberabitur
a corpore . et ab accidentibus corporis.
tunc poterit coniungi intelligentie agenti
et tunc inueniet in ea pulcritudinem intel
ligibilem et delectabilem perhennem.ſi
cut dicemus poſtea ſuo loco. Debes
autem ſcire quod ſapientia ſiue habeatur
ex doctrina ſiue non . non equaliter ha
betur. Sunt et enim quidam diſcen
tium qui ſunt aptiores ad intelligendum.
quorum aptitudo que eſt prior ea aptitu
dine quam prediximus eſt fortior. Cum
uero habet hoc in ſe ipſo non aliunde.uo
catur hec aptitudo ſubtilitas.que aptitu
do aliquando in aliquibus hominibꝰ ita
preualet.quod ad ↄiũgẽdum ſe itelligẽtie
non idiget multis.neque exercitio . neque
diſciplina.qꝛ eſt i eo aptitudo ha. ymo qꝛ
quicq̃d ẽ per ſe ſcit.Qui gradꝰ ẽ altior om
nibꝰ aliis gradibꝰ aptitudis Hꝰ aũt diſpõ
itellectꝰ materialꝰ.debet uocari itellectus
ſecũdꝰ q̃ ẽ illiꝰ generis.cuiꝰ eſt itellectꝰ in
habitu.Sʒ hic ẽ ſupremꝰ i quo ñ oẽs ho
mines ↄueniũt.ñ ẽ aũt lõge ut ab his actõ
nibꝰ operatis ad intellectũ ꝑm poteſtate
eaꝝ ꝛ uirtute emiet aliquid i ymagiatiuã.
ꝙ imagiatiua repreſẽtet ẽt ꝑm exẽpla ui
ſa ul'a idita uerba. eo mõ quo p̃diximus
ꝑ quod ad fit h certiꝰ. Hꝰ ẽ quoniam certã

eſt uel manifeſtū ē quod ītelligibilia. que
ſtudet homo acquirerē nō acquirit niſi cū
habuerit t'iñū mediū ī ſilogiſmo. Hic aūt
medius terminus inuenitur duobus mo
dis. Aliquādo eni īuenit̄ ꝓprio īgenio.
Ingeniū aūt ē actus rationis. cui⁹ ꝓpria
ui īuenit̄ medi⁹ termin⁹. Sublimitas aūt
ē ſupra īgenium. Aliquando aūt habet̄ ex
doctrina pricipiū aūt doctrine eſt īgenium
Res aūt ſine dubio terminant̄ apud īgēia
quas ad īuenerūt homines īgenioſi. deīd
tradiderūt eas diſcipulis. poſſe ē ergo ut
homo ī ſe ipſo habeat īgenium ⁊ ex ratio
ne ſua ſine doctrina faciat ſilogiſmū. Sꝫ
differunt homīes ī hoc ī quātitate. ⁊ qua
litate In quantitate. eo quod aliqui homi
nū habēt īgeiuꝫ ad inueniēdū medios ter
mīos pl'es numero in q̄litate. eo ꝙ aliquiſ
hominū ē uelocioris īgenij. ⁊ quia h̄ equa
litas nō pōt terminari. ſꝫ ſēper recipit ma
gis ⁊ minus. tūc debet diffiniri ī ultimo ꝯ
fectus. penes eū qui nulli⁹ ē ingenij. aut in
ultimo augumēti. penes eū qui habet īgēi
um omniū queſtionū. aut pl'ium ex his. āt
qui hēt uelotius īgeniū. poſſe ē ergo ut ali
cuius hoīs anima eo ꝙ eſt clara. ⁊ cohe
rens principijs ītelligibilibus. ita ſit īſpi
rata ut accedat īgenio ad accipiēdū omēs
queſtiones ab ītelligētia agente aut ſubi
to aut pene ſubito firmiter īpreſſas. non
ꝓbabit̄ ſꝫ cū ordine q̄ apprehendit medi
os terminos. ꝓbata aūt que ſciūtur ex ſu
is cauſis non ſunt ītelligibilia. ⁊ hic ē un⁹
modus prophie qui omnib⁹ uirtutibus
ꝓph̄ie altior eſt Unde ꝯgrue uocat̄ uirt⁹
ſancta. qui eſt altior grad⁹ ī v̄tutes hūanaſ

Capitulū ī quo enumerando ſentētie
ꝓbabiles antiquoꝝ de anima ⁊ eius actiō
nib⁹. ⁊ an ſit una an mlt'e. et certificare et
ſtabilire uirtutem rei in hoc.

Sentētie de eſſentia aīe et eius ac
tionib⁹ ſunt diuerſe. quedam eni
ex illis ē dictio illius qui putauit
ꝙ ania ē una eſſentia que facit om
nes actiones ſuas ꝑ ſe diuerſitate īſtrumē
torum. Ex his ēt eſt ille ꝙ putauit ꝙ ania
ſapiēs eſt per ſe ipſam. ⁊ ſcit omnia. Sꝫ nō
agit ſenſib⁹. ⁊ īſtrumentis attrahentibus

apprehēſa ab ipſa. niſi ad hoc ut ipſa exer
citet̄ per illa ad id ꝙ habet in ſe ipſa. Alij
uero dixerūt ꝙ hoc fiat quaſi reminiſcen
do. q2 aliquādo accidit ei obliuiſci. Et de
prima ſecta fuit qui dixit ꝙ anima nō eſt
una ſꝫ multe. ⁊ quod aīa que eſt ī uno cor
pore. eſt collectio animaꝝ. ſ. aīe regentis ⁊
apprehēdētis. ⁊ anime iraſcibil'. ⁊ ꝯcupiſci
bilis anime. Ex iſtis etiam eſt ille qui tenꝫ
ꝙ anima ꝯcupiſcibilis ē nutritiua. ⁊ dixit
locum ei⁹ cor eſſe cui attribuit ꝯcupiſcen
tiā nutriendi. ⁊ generādi ſimul. Ex his eti
am eſt ille qui tenuit ꝙ generare eſt ex q̄
dā uirtute cuiuſdā partis anime emanāte
in teſticulos maris ⁊ femine. Ex his eſt ēt
ille qui tenuit quod anima eſt una eſſētia
ex qua uirtutes iſte emanāt. quarum una
queqꝫ habet propriā actionem. et quod
ipſa nihil facit niſi mediātibus his uirtuti
bus. Qui autem dixerūt animam eſſe
unam. ⁊ agentē per ſe ipſam. conati ſunt h̄
aſtruere per id quo aſtruitur ſentētia ul
tima ꝙ poſtea aſſignabimus. Dixerunt
etiam poſt quam una eſt. ⁊ unum corpus
impoſſibile eſt eam diuidi per inſtrumēta
⁊ multiplicari. fieret enim tūc forma mate
rial'. Conſtat aūt apud eos ꝙ anima ſubie
cta eſt ſepata ex ſilogiſmis quos nō eſt hic
opus īducere. dixerūt ergo ꝙ ipſa ꝑ ſe ip
ſam facit quicquid facit īſtrumētis diuer
ſis. Qui aūt ex his dixerūt. ꝙ anima
ſapiēs ꝑ ſe ipſam. conati ſūt hoc aſtruer̄ di
centes. ꝙ ſi eſſet īſcipiēs priuata ſcietus.
aut hēret hoc ex ſua eſſētia. āt ex accidēte
Si autē hēret hoc ex ſua eſſētia. non poſſꝫ
ipſa ſcire aliq̄d ullomodo. Si uero hēret h̄
ex accidēte. ſꝫ accidēs non accidit rei niſi
que eſt aīa. tūc habet eſſētiam cognoſcen
di res. Sꝫ contingit eam fieri inſcipiētem
ex aliqua cauſa. ergo cauſa illa non eſt cā.
ſapiētie. ſed inſcipiētie. Sꝫ remotis cauſis
accidentalibus remanet id quod ē eſſētia
le. poſt quam igitur eſſentiale eſt ei ſcire.
quomodo poteſt ei accidere ex aliqua cā
ut fiat neſciens. cum ipſa ſit ſimplex ſpiri
tualis impaſſibilis. poteſt autem habere
ſcientiam in ſe. ⁊ auerti ab ea ⁊ impediri.
ſed cum euigilat cognoſcit. Senſus
uero euigilandi eſt ipſam ad ſe ipſam reuo
cari. ⁊ ad diſpoſitionem nature ſue. ⁊ tunc

inuenit ſe ſcientem quicquid eſt. Sz actores ſentētie d̄ reminiſcēdo ratiocinaт̄ dicētes q̄ ſi anima non ſciſſet aliquando. neſcit et inquirit cognſcere cum aſſequeretur non cognoſceret id eſſe qđ queſierat. Sicut qui querit captiuuз qui fugit. Hoc aūt iam deſtruxim⁹ alias. Qui aūt dixerunt animas eſſe multas. rationati ſunt dicētes. quomō poſſumus dicere omnes animas eſſe unam animam. cū inueniamus uegetabiliū non hab re animaз ɔcupiſcibilē. ſ. quam prediximus in hoc capitulo. neque habere animam apprehēdēteз uel ſentientem uel cognoſcentem ergo h̄ anima eſſentialiter ē aliud ab illa. Itē inuenimus animal habere hanc animam ſenſibilē ⁊ iraſcibilem. neque habet animā rationalē ullomō. Hec ergo anima beſtial' alia aīa eſt p ſe. Sz q2 hee oēs ɔiūgūt cuз hoīe. ſcim⁹ ī eo eē ɔiūctas anias a ſe ipſas alias. ⁊ diuerſaꝝ ſententiaꝝ. quaꝝ unaqueque differt ab alia. ⁊ ideo unaqueqз habз locū pp ill. quia rational' habet cerebrum ⁊ iraſcib' il anima habet cor. ⁊ ɔcupiſcibil' habet epar. Hee ſunt famoſe ſententie de anima. Nulla aūt haꝝ uera eſt niſi ultima eaꝝ prediximus. Unde oſtendim⁹ primo eius firmitudinem. ⁊ deinde redibim⁹ ad ſoluendas queſtiūculas quas induxerūt. Dicemus igitur ex premiſſis manifeſtum eſſe actiones diuerſas ex diuerſis uirtutibus eſſe ⁊ q̄ omnis uirtus ex eo q̄ eſt uirtus. nihil eſt niſi ad hoc q̄ ex ea prouenit actio. quam habet principaliter. ⁊ q̄ uirt⁹ iraſcibilis non patitur ex delitijs neqз cōcupiſcibil' ex nocumētis. neque in uirtute apprehendente fit quod fit in illis duab⁹ neque aliqua. illaꝝ duaꝝ ex hoc q̄ eſt id quod recipit formam apprehenſam ⁊ ītelligit eam. his ergo ꝑpoſitis dicem⁹ oporteret ut omnes hee uirtutes habeant uinculum aliquod in quo ɔiungantur omnes. Cui⁹ operatio ad omnes. has uirtutes. ſit ſicut operatio communis ſenſus ad ſenſus extrahentes Ueriſſime enim ſcim⁹ quod harum uirtutum altera impedit alteraз et altera imperat alteri. quod conſtat ex p̄dictis. Si autem non haberent uinculum in quo ɔiungerentur. ⁊ quod ex eis dominaretur ⁊ quod propter alias impedireт̄ regere alias. ⁊ dominari alijs. Alie nō retraherent alias a prima actione. quelibet enim uirtus ſi non haberet aliqnod ī quo coniungeretur alij. non prohiberet aliam uirtutem a ſua actione. ſcilicet ſi inſtrumētum non eſſet comune. neque ſubiectum comune neque aliquid aliud in quo coniūgereт̄ eſſet comune. Quomodo enim h̄ cum nos uideamus quod ſenſus aliquando dillatet concupiditatem. ⁊ uirtus concupiſcibilis non patiatur a ſenſato ſed qđ eſt ſenſatum. Si autem non patitur ex hoc quod eſt ſenſatum. Tunc ipſa paſſio non eſt ex concupiſcentia illius ſenſati. Oportet ergo ſine dubio ut concupſcibilis ſit que ſentit. Impoſſibile eſt autem duas uirtutes eſſe unam.

Manifeſtum eſt igitur q̄ aliquid unuз eſt habens duas uirtutes. Unum uerum eſt dici. quod quia ſenſimus concupiuimus. Et quia uidimus hoc et h̄ oſtenſi ſumus. Illud autem unum in quo coniunguntur hee uirtutes. eſt id per quod cognoſcit unuſquiſque que ſit ſua ſententia. Ita ut ſit uerum dicere. qđ quia ſenſimus concupiuimus. Hoc autem impoſſibile eſt eſſe corpus. Corpus enim ex hoc quod eſt corpus. non oportet eſſe id in quo coniunguntur hee uirtutes. Alioquin. omne corpus haberet has uirtutes. Sed ex aliquo propter quod ſit aptum ad hoc quod primo eſt coniungens. et eſt perfectio corporis. ſecundum hoc quod eſt coniungēs et eſt aliud a corpore ergo coniungens eſt aliquid aliud a corpore. Secundo q2 iam manifeſtum eſt aliquam uirtutum iſtarum eſſe quam non eſt poſſibile eſſe corpoream uel ſubſiſtentem in corpore.

Si quis autem dubitauerit dicens quod ſi poſſibile eſt aliquid unum has habere uirtutes. quamuis. non coniungantur in eo ſimul. quarum quedam ſunt non ſubſiſtentes. in corporibus. quedam ſubſiſtentes. Et quamuis ſint ſeperate. comperātur tamen ad unum quiddam cum non ſint uniuſmodi. tunc cui modo non ſint ſic. ut aut ſint omnes comperate corpori. aut corporales. Dicemus q2 hoc quod non eſt corpus. poteſt eſſe in

quo coniungantur uirtutes. ex quo que
dam emanent ad inſtrumenta. et quedam
ſint proprie eſſentie ipſius. et cui omnes
redant aliquomodo. Que autem exercen
tur ĩ inſtrumento ꝯiunguntur ĩ principio
quod ꝯiungit eas ĩ inſtrumento. quod pri
cipium procedat ab anima ĩ inſtrumentũ
ſicut poſtea delarabimus eius diſpoſitio
nem in ſoluendo queſtunculam. Impoſſi
bile eſt autem omnes uirtutes hes emana
re ex corpore. Comperationes enim uirtu
tum ad corpus. non ſunt ad modum ema
nandi ſed recipiendi. Emanatio aũt poteſt
eſſe ſeperatio emanantis ab eo a quo ema
nat. Receptio aũt non poteſt eſſe ſepera
tio talis. neque poteſt fieri eodem modo.
Tertio. quod hoc corpus. aut eſſet totum
corpus. ⁊ tunc cum aliquid illius deeſſet.
nõ eſſet hoc quod percipimus non eſſe. ñ
eſt autem ita ſicut alias oſtendimus. Ego
enim ſum ego ipſe. quamuis neſciam me
habere manuꝫ. uel pedeꝫ. ul' aliquod alio
rum membrorum. puto autem quod hec
membra exerceo in uſibus meis qui non
eſſent. non eſſent neceſſaria. ⁊ ego eſſẽ ego
quamuis non eſſent illa. Repetamus aũt
id quod prediximꝰ. ſ. quod ſi ſubito crea
retur homo. expanſis eius manibus ⁊ pe
dibus. que ipſe non uideret uel continge
ret. neque ipſa ſe contingerent. neque audi
ret ſonum. neſciret quid eſſe aliquod ſuo
rum membrorum. ⁊ tamen ſciret ſe eſſe.
⁊ quia unum aliquid eſt. quamuis non ſci
re illa omnia. ꝙ aũt ñ ſcit̃ ñ ẽ id ꝙ ſcitur h̃
aũt membra nõ ſunt uere niſi ſicut ueſtes
que quia diu eſt ꝙ adherẽt nobis putaui
mus nos eſſe illa aut quod ſunt ſicut par
tes noſtri. Cum enim ymaginamus eas nu
das. ſed ymaginamus eas nudas corpori
bus. Cuius rei cauſa eſt diuturnitas ad
herentie. Conſueuimus aũt exuere ueſtes
⁊ proicere. quod omnino non conſueui
mus in membris. Unde opinio quod mẽ
bra ſunt partes noſtri firmior eſt nobis.
quam opinio quod ueſtes ſunt partes no
ſtri. Si aũt totum corpus. nõ fuerit id
in quo ꝯiũgũtur ſꝫ aliquod membruꝫ pro
prium. tũc aut illud mẽbruꝫ erit id quod
teneo qꝛ eſſentialiter ẽ ego. ãt itentio eius
de q̃ teneo ꝙ eſſẽtialꝛ ſit ego. ñ eſt ipſũ mẽ
brũ. quamuis ipſum ſit ei neceſſariuꝫ. Si
aũt ipſum membrum. ſ. aut cerebrum aut
cor. aut aliquid aliud. aut multa ſimꝲ mẽ
bra huius ſint idem. aut eoꝝ ꝯiunctio id
ipſꝫ de q̃ ꝑcipio ꝙ ſit ego. tũc oportet ut ꝑ
ceptio que ipm eo ꝑcipio ſit ꝑceptio illius
rei. Unum eni ñ põt ꝑcipi ſm unã. eandeꝫ
ꝑtem. ñ eſt aũt ita ĩre. Neſcio. n. me habꝫ
cerebrũ ul' cor niſi ſẽſu. ⁊ auditu ⁊ expim̃
to. ñ ꝙ cognoſcã ipſũ eẽ ego. Uerũ ipſum
mẽbrum eſſẽtialꝛ ñ eſt id ꝙ ꝑcipio ipſum
eẽ ego eſſẽtialiter. ſꝫ accidẽtalꝛ. Intentio
aũt de eo ꝙ cognoſco. ꝙ ſit ego. eſt ꝙ deſi
gno ĩ ea dictiõe cũ dico. ſẽſi. cognoui. feci.
q̃ ꝓprietates ꝯiũte ſũt ĩ uno ꝙ ẽ ego. Si
quis aũt dixerit neſcis qꝛ hec ẽ aĩa dicaꝫ
me ſẽper ſcire. ⁊ quia hec ẽ ĩtetio quã uo
co aĩam. ſꝫ fortaſſis neſcio illam appelari
animã. Cũ aũt itellexero illud ĩ te uocari
animã ĩtelligam illud eẽ hoc. ⁊ qꝛ ipſuꝫ ẽ
regẽs ĩſtrumẽta mouẽtia. ⁊ apprehẽdẽtia.
Unde neſcio ꝙ illud ego ſit aĩa. dum ne
ſciuero quid ſit anima. non eſt aũt ſic diſ
poſitio cordis aut cerebri. Intelligo eniꝫ
quid ſit cor. uel cerebrũ. ſed non intelligo
quod ipſum ſit ego. Cum enim intelligo.
ꝙ ipſa anima eſt pricipium motuum ⁊ ap
prehenſionũ quas habeo. ⁊ finis eaꝝ. ex
his omnibꝰ cognoſco. quod aut ipſa eſt
ego ueriſſime. Aut ꝙ ipſa ẽ ego regens h̃
corpus. fortaſſis aũt non poſſum modo
percipere per ſe ſeperatim. ſine permixtio
ne perceptiõis. quod eſt regens corpus.
⁊ ꝯiunctum corpori. ſed an ſit corpus an
non. ſi queratur ſm me non oportet eſſe
corpꝰ. neque ymaginatur mihi ꝙ ſit aliqđ
coꝝ. ſꝫ ymaginat̃ mihi terminꝰ ſine corꝑei
tate eiꝰ. ergo iã itellexi ex aliq̃ ꝑte quod
ñ ẽ corpꝰ. eo ꝙ non intellexi ei corꝑeitatẽ
cũ itellexi illud. deĩde ꝯſidero. ꝙ ex h̃ ꝙ
ego ponã corꝑeitatẽ huic rei que eſt prin
cipium iſtaꝝ actionum. non eſt neceſſe il
lud eſſe corpꝰ. ꝑcipue cũ uideatur mihi il
lud eẽ diuerſuꝫ ab his ſẽſibꝰ quãuis me fal
lat ꝯiũctõ eiꝰ cuꝫ iſtrumẽtis. ⁊ qꝛ uideo illa
⁊ uiđo actiões ꝛeanẽ ab illꝰ. puto illa eẽ q̃ſi
ꝑtes mei ſꝫ h̃ ꝙ ego erro ĩ aliq̃ ñ debꝫ eẽ
indiciũ ſic indiciũ đ eo ꝙ dꝫ fieri. ⁊ qꝛ ing
ro eẽ eiꝰ. ⁊ an ſit ñ cõpꝰ. nõ iõ ſũ ignarꝰ eiꝰ
ignarãtia abſoluta. q̃uiſ neligigã illđ. plerũ

qꝫ.n.cogitio rei i ꝑrio ē.ſꝫ qꝛ negligit fit ignota.ꝛ poſtea regrit̃ ex locis remotiori bus. Aliquando autem ad cognoſcendaꝫ rem ſufficit exercitari. Sed quia eſt faci le homo illud negligit. ꝛ eius ingenium non auertit illud ꝛ poſtea fit ei difficilius ad intelligendum ꝛ remotius ad compre hendendum. Manifeſtum eſt ergo ꝙ hec uirtutes habeant in quo coniungunt̃ cum omnes reddunt.ꝛ quod eſt non cor pus.ſiue ſit comes corporis ſiue non.

Poſtquam autem iam demonſtrauimus certitudineꝫ huius.debemus ſoluere que ſtiones predictas.dicentes quod quia ani ma una eſt eſſentialiter.non ideo debꝫ nō emanere aliquid ab ea in membra diuerſa ſed poteſt eſſe. ut primum quod emanat ab ea in ſperma ꝛ ſemen ſit uirtus generāſ que generat membrum ſecundum unam quamqꝫ uirtutem congrua actioni illius Et unumquodqꝫ membrum ſit aptuꝫ ad recipiendum proprium uirtutem que ap paret in eo quod niſi. ita eſſet genero cor poris eſſet otioſa. Sed ratio eius qui poſuit animam ſcientem ex ſe ipſa nulla eſt. Non enim neceſſe eſt ut cum ſubſtan tia anime fuerit eſſentialiter uacua ſcientia impoſſibile ſit eſſe animam in ea. Multum enim intereſt an dicatur quod ſubſtantia rei reſpectu ſue eſſentie non debet ſcire ꝛ an dicatur quod eius ſubſtantia codem reſpectu debet non ſcire. Comitantia.n non ſciendi cum vtraque dictione eſt diuē ſa. propter hoc enim quod concedimus animam ex ſua eſſentia.eſſe neſcientia.nō intelligimus niſi quia eius ſubſtantia cuꝫ per ſe ſola fuerit nihilo extrinſeco ſibi ad iuncto comitabitur eam ignorantia. et hoc quia eſt ſola ꝛ ſubſtantia. non quia ē ſola ſubſtantia. Non enim intelligo ex h quod eius.ſubſtantia ſit ſubſtantia quod nonquam ſeparetur ad ignorantiam.ſi cō ceſſerimus quod hoc nō habet ex ſubſtā tia.ſed ex aliquo quod accidit illi.tunc n̄ oportet accidens hoc accidere rei natura li. Cum enim dixerimus materiam eſſe vacuam a forma lecti ipſam vacuitatem n̄ habet ex ſubſtantia.ſed eſt quidam quod acidit illi.ꝛ in proximo ab ea remouebit̃ hec enim eſt dictio quaſi diceremus iam fuiſſe i ea formā leti que deſtructa ē.

Impoſſibile etiam eſt id ꝙ dicit̃ ꝙ aliqd reddeat a d ſuā eēntiā.nihil autē abſentat̃ ab eſſentia ſua. Sꝫ fortaſſis dicit̃ eo ꝙ ali quādo abſentat̃ ab actionibꝰ que ſūt pro prie ipſius. ꝛ que ꝑficiunt̃ ab ipſa ſola.ſꝫ de hoc nō dicit̃ large quia actiones nō ſūt vllo modo. Si eiꝰ eēntia quo mō nō eſſet in ſe ipſa niſi ea hora qua dat eis eē nō ſūt ergo abſentes ab ea. Eēntia autē alicuius nō abſentat̃ ab eo neqꝫ reddit ad illud. Auctorꝫ uero de reminiſcēdo iā deſtruxi mus rationes i diuina doctrina. Ra tio autē eoꝝ qui diuidūt animā aſſūpſit ad hoc ꝓpoſitiones falſas. Dicūt eni ꝙ aīa vegetabilis inuenit̃ ſeperata a ſēſibili ꝛ qꝛ oportet eē i hōie quiddā aliud ab illis. Sed hec ꝓpoſitio ſophiſtica ē. Sepatio.n. multis mōis fieri putat̃. ſꝫ qui hꝫ neceſſa rij ſunt.duo ſūt. vnus ē ꝙ aliquādo ſepa tio ē ut coloris ab albedine. ꝛ animalis ab homine. Inuenit̃ eni hec natura i nō hñte albedinē ꝛ illa i nō hōie ut differat ab oī alio differēte. Aliqñ autē ē ſepatio ut dul cedis ꝯiūcte cū albedie i aliquo corpore que aliqñ inenit̃ ſepata ab ea. ſꝫ dulcedo ꝛ albedo ſūt due qualitates ſepate cū eas nihil unū ꝯiūgit. Sepatio autē que magiſ uidet̃ eē inter animā uegetabilē ꝛ ſēſibileꝫ ē prima pars Anima eni uegetabilis non eſt ꝯiuncta cū anima humana aliquo mō neqꝫ uirtus vegetabilis que eſt in anima li eſt uerum ut coniungatur cum anima q̄ eſt in eo ſed coniunguntur in ea intentiōe ſꝫ quia vnaqueqꝫ eaꝝ nutrit. ꝛ augmētat ꝛ generat quamuis poſtea differat differē tia ſpecifica ꝛ ꝯſtitutiua nō accedēte tātū. Intētio autē que i illis ē utriſqꝫ ē genus uirtutis uegetabil' q̄ ē i hōie.ſꝫ differt ab eo eo mō q̄ differt ab eo itētio generat̃ nos aūt n̄ negamꝰ genꝰ haꝝ vtutū ineniri i ali is ex q̄ nō hꝫ nos negare ꝙ una aīa habꝫ has uirtutes in homie.neqꝫ propter hoc oportet ut anima uegetabilis q̄ ē i aīali nō predicet̃ de aīa aīali quā habꝫ.ita ut ipſa aīa aīalis quā habꝫ ſit ipſa uirtus. Sicut hō qui n̄ ē niſi ſua pſ generis aīalita tis nedū aliud.h aūt cērificauimꝰ iloica ex q̄ n̄ oꝫ ut aīa uegetabil' q̄ ē in hōie ſit ꝑeē aīaꝫ aīalē q̄ ē i eo nedū ſit vtutes illiꝰ aīe.

Anima ergo vegetabilis que eſt in homiẽ
non inuenitur vuo modo ·cum ſua ſpecia
litate ſeperata ab homine · vnde rationes
illorum nil proſunt· virtus enim no a ſepa
tur cum ſpecialitate ſua · ſed generalitate
ſua· que ſunt diuerſe· preter hoc etiam po
namus ꝙ virtus uegetabilis que eſt in aĩ
mali· diuerſa eſt a uirtute animali que eſt
in eo· vt pote quarum vnaqueqꝫ eſt ſpeci
es per ſe ſeperatim ·⁊ vnaqueqꝫ nõ eſt al
tera· neqꝫ predicatur de altera· Quid er
go eſt hoc quod probibeat in animali utẽ
qꝫ virtutes haberi ab anima animali· Si
cut cum inuenimus humorem extra aerẽ
non ſeperatum a calore non eſt neceſſe· iõ
vt humorem ⁊ calorem qui ſunt in aere·
non habent vnam formam · aut unam ma
teriam· Cum autem inuenitur calor qui ñ
prouenit ex motu ·ſed ex alio calore ·non
ideo oportet ut calor in alio loco non ſe
quatur motum · Dicemus ergo nos non
negare has uirtutes eſſe diuerſas ſpecie·
⁊ comperari uni eſſentie in qua ſunt·
Modus autez intelligendi hic eſt · quod
vltimitas cõtrarietatis probibet corpora
elementaria recipere uitam · Sed quo mi
nor fuerit contrarietas · ⁊ magis acceſſe
rint ad temperantiam que non habet con
trarium· incipient aſſimilari corporibus
celeſtibus propter quod debent recipere
virtutez viuificantem a ſubſtantia ſepera
ta regenti· Quod autem fuerit propiqui
us temperantie· fiet receptibilius uite· do
nec perueniatur ad finem quo nihil poteſt
eſſe propinquius temperantie· neqꝫ remo
tius ab utriſqꝫ extremis contrarÿs· ⁊ tũc
recipit ſubſtantiam que eſt ſimilima ſub
ſtantie ſeperate aliquo modo ſicut ſubſtã
tie celeſtes· ⁊ tũc id ꝙ accidebat ĩ aliud pẽ
illð a ſeperato· accidat ĩ illud · ex ipſa hac
ſubſtãtia recepta· cum qua iungiť ſubſtan
tia ſeperata· Cuius rei ponamus exẽpluz
in naturalibus loco ſubſtantie ſeperate
cogitemus ignem aut ſolem ⁊ loco corpo
ris aliquod corpus ꝙ patiatur ex igne· ⁊
ſit ſpẽcum loco aũt anime uegetabilis ſit
ipſũ calefieri ex igne ⁊ loco aĩe aĩalis ſit
ipſum illuminari ab illo · ⁊ loco anime hu
mane ſit in eo ignem accendi· Dicemꝰ er
go ꝙ hoc corpus ſpẽcum pꝛiens ſit ignis

agẽtis ĩ illũd nõ fuerit ſitus talis ut paula
tim recipiat in ſe ignem accẽdi· neqꝫ lucẽ
eius ⁊ lumẽ· ſed ſitus talis ut recipiat ab
eo calorẽ· ⁊ nõ recipiat amplius· ſi uero fu
erit ſitus eius talis ut recipiat calorem ab
ipſo· ⁊ preter hoc fuerit prope poſitũ· aut
ꝑuiũ · aut alio aliquo modo illumineť ab
eo fortiter· tũc ſimul calefiet ⁊ illuminabi
tur ⁊ lux cadẽs ĩ illud · ex ipſo erit pꝛĩci
piũ cũ ſeperato calefaciẽdi illud· Sol enĩ
nõ calefacit niſi radio · deinde ſi aptitudo
fuerit maior· ⁊ fuerit ibi aliquid ꝙ ſollet
accẽdi ab agente ꝙ ſollet vrere ſua uirtu
te aut radio· accẽdeť ⁊ fiet flama· ſ· corpus
ſimile ſeꝑato aliquo modo · que flama eti
am erit cũ ſeꝑato cã calefaciẽdi· ⁊ illuminã
di ſimul · ita ut quãuis ſolla eſſet tamẽ ꝑ
ficereť calefactio· ⁊ illuminatio· Et preter
hoc etiã poterat calefactio ĩueniri ꝑ ſe ſol
la ut calefactio ⁊ illuminatio ꝑ ſe ſolla q̃ꝛ
poſterius nõ eẽt pꝛĩcipiũ a quo emanarat
prius· Cũ autẽ omnia ſimul ꝯcurrũt· tunc
id ꝙ fuerat poſterius fit pꝛĩcipiũ etiã pri
oris ⁊ emanat ab eo id ꝙ erat prius· Sic
debet ĩtelligi diſpõ virtutũ aĩaliũ · poſtea
ĩ libris poſterioribꝰ ſequeť ꝑ quod iſtud
clarius fiet · cũ loquemur de generatione
animalium ·

Capitulũ de oſtẽſione inſtrumẽtorũ·

Ongruũ ẽ loqui de ĩſtrumẽtis q̃
habet aĩa · ſꝫ dicemꝰ quod multũ
ꝓſumpſerũt quidã de mẽbris ex
quibꝰ pendẽt pꝛĩcipales virtutes aĩe pre
ſumptione duplicis ꝑfidie· ſequẽtes arro
gantiã maloꝝ auctoꝝ· Jn hoc enĩ lapſa ẽ
vtraqꝫ duaꝝ ſectaꝝ ita ꝙ excẽſſerũt mõm
Jlle autẽ potiꝰ errauit qui poſuit animã
vnã eẽntiã· ⁊ preter h̃ iudicauit mẽbra pͥn
cipalia eẽ multa· Cũ enĩ diſceſſit a philo
ſophis tenẽtibꝰ multitudinẽ ꝑtiũ aĩe· ⁊ cõ
ſẽſit tenẽtibus eaz eẽ vnã neſciuit qꝛ ex h̃
ſequiť ponere vnũ mẽbroꝝ primũ ex quo
pͥncipaliter pẽdeat · Qui autẽ ꝑtes anime
multiplicauerũt nõ curauerũt unicuiqꝫ ꝑ
ti ponere eiꝰ ꝓpriũ locũ ⁊ ſedẽ ꝑ ſe prio er
go · Dicemus ꝙ uirtutũ aĩaliũ corporaliũ
uehiculũ ẽ corpus ſubtile ſpirituale diffu
ſũ ĩ ꝯcauitatibus ꝙ ẽ ſpiritus· Si enĩ uir
tutes aĩe pẽdẽtes ex corpore diffũdereť ñ
enixe cõpori· opilatio uiaꝝ ñ ꝓhibẽt d.ffũ

di uirtutēs motiuas ⁊ ſentientes ⁊ etiam
ymaginabiles. Sed prohibet manifeſte ſe
cundum eum qui cognouit experimenta
philiſophica. Comperatio autē huius
corporis ad ſubtilitatem humorum ⁊ eua
porationem ē ſicut operatio mēbrorum
ad ſpiſſitudinem humorum. habet autem
complexionem propriam que mutat̄ eti
am prout neceſſe eſt in eo eſſe diuerſita
tem. propter quam ſit uehēs uirtutes di
uerſas. Complexio enim qua concupiſci
tur non eſt apta ubi per eam ſentiatur. Ne
que complexio que eſt apta uiſibili ſpiri
tui. eſt apta ſpiritui mouenti. Si autem
complexio una eſſet. virtutes que ſunt in
ſpiritu eſſent una. ⁊ actiones earum una
vnde ſi anima una eſt. oportet membrum
eſſe vnum. per quod principaliter ex cor
pore pendeat. ⁊ ex quo regat corpus. et
augmentet. Et fiat hoc mediante hoc ſpi
ritu. Et hoc ut prima actio. quam facit
ipſa anima ſit ipſum membrum quo medi
ante diffanduntur eius virtutes in alia m̄
bra. Et ut ipſum mēbrum ſit generatum
ante alia mēbra omnia ſit primus locus
ubi generatur ſpiritus. hoc autem eſt cor
ſicut nobis oſtendit qui certificauit hec
cirurgia uera. Poſtea autem hec clarius
faciemus in libro qui eſt de animalibus.
Oportet ergo ut anima principaliter pen
deat ex corde. Impoſſibile eſt autem pri
us eam pēdere a corde. ⁊ poſtea a cerebro
Cū enim pēdet a primo mēbro. fit corpuſ
animal. In ſecundo autem nō operatur
niſi mediāte primo. Anima autem uiuifi
cat animal ex corde. Poſſunt autem uir
tutes aliarum actionum emanare a corde
ad reliqua membra. Emanatio autem de
bet emanare prius ab eo a quo pendet p̄n
cipaliter. In cerebro autem perficitur
complexio ſpiritus. qui eſt aptus ad ue
hendum virtutes ſenſus ⁊ motus ad cor
pora. ad hoc ut fiant apta ad exercendū
ſuas actiones. Sic etiā eſt diſpoſitio epa
tis comperatione uirtutis nutritiue quā
uis cor ſit primum principiū ex quo prin
cipaliter pendeat ⁊ a quo diffunditur ad
alia. ⁊ fiunt actiones in reliquis mēbris
ſicut principium ſenſus. ſecundum eos q
diſſentiunt ab hac dictione non eſt niſi ce
rebrum. ſed actiones ſenſus nō ſunt in eo
neque ex eo. ſed ex alijs membris. ſicut
ex cute ⁊ occulo ⁊ aure. Neque propter
hoc neceſſe eſt cerebrum non eſſe principi
um. Similiter cor poteſt eſſe principium
virtutum nutritiuarum quarum actiōes
ſunt in epate. ⁊ virtutum imaginationis ⁊
memorialis ⁊ formalis. quarum actioneſ
ſunt in cerebro. Imo oportet ut principi
um diuerſarum virtutum non ſit aptum
ad hoc ut emanent ex hoc loco eius om
nes eius actiones earum. ſed oportet ut
deriuentur per inſtrumenta diuerſa que
creantur poſt illud membrū ex quo ema
net ad illa. virtus digna complexione illi
membri ⁊ aptitudine eius. ſicut poſtea ſci
es in libro de animalibus. ita ut membrū
quod eſt principium non generetur.
Quapropter creati ſunt nerui in cerebro
⁊ uene in epate ſiue cerebrum. ⁊ epar ſint
duo prima principia ſentiendi. ⁊ mouēdi
⁊ nutriendi. ſiue ſint duo principia ſecun
daria. Cum autem emanauerit a corde
uirtus creandi ⁊ generandi ad cerebrum
non erit magnum ſi cerebrum tranſmitat
ex ſe inſtrumentum per quod tranſſuma
tur ad eum ſenſus ⁊ motus a corde. aut
cor tranſmitat ei ex ſe inſtrumētum quo
mediante diffundatur ad eū ſenſus ⁊ mo
tus non debet autem hic nos conſtringe
re de generatione neruorum an ſit eorum
principium a corde uel a cerebro. Sed
concedemus eos eſſe a cerebro. ⁊ quod
traſſumant a corde ſicut ēpar. quod tranſ
mitit ad ſtomacum per quod ſuggat ab il
lo. ⁊ habet etiam uenas attribuentes ali
ergo non oportet ut ī membro quod eſt
principium alicuius uirtutis ſint principa
les actiones ipſius uirtutis. ⁊ ut ſit iſtru
mētū actionū ipſius uirtutis. Poſſibi
le eſt autem ut inſtrumentum ſit creatum
ad tranſſumendum ex alio. ⁊ quod tranſ
ſumit niſi poſtquam eſt generatum. ita ut
de cerebro id quod primo eſt creatum n̄
ſit principium ſenſus ⁊ motus in eſſe n
ſed ſit aptum fieri aliquod principium m̄
brorum que ſunt poſt illud cum tranſſum
ſerit ab alio. Et poſt quam generatum
fuerit ei inſtrumentum tranſſumendi ab
alio. ūde cū creati ſūt nerui ꝑtigētes ad cor

tranſſumit ſenſum ⁊ motuꝫ ab illo potuit autem cum ipſo cerebro generari hoc ꝑtingens ad cor ſine prioritate. ergo de eo quod a cerebro pertingit ad cor. neqꝫ eſt ratio neqꝫ videtur eſſe. Cum enim creatꝰ cerebrū creatur cū eo ex materia eius aliquid pertingens ad cor. Alienum quideꝫ a corde per quod tranſſumatur ſenſus ⁊ motus. quamuis ortus eorum a cerebro ⁊ peruentio eorum ad cor nō ſit adeo manifeſta ut putauit ille qui preſumpſit dicere quod ortus neruorum qui ſunt inter cerebrum ⁊ cor. ſunt a cerebro ad cor. ⁊ nō a corde ad cerebrum. ſicut ſuo loco oſtendemus cum loquemur de naturis animalium. vbi prolixius faciemus uerbum ꝙ poſſit ſufficere. Redibimus autē ad aliud dicentes nō eſſe impoſſibile ut principium eſſendi aliquaꝫ virtutem ſit ī uno membro a quo eat ad aliud in quo illa vͥtus perficiatur. deinde redeat ad primuꝫ membrum. ⁊ iuuet illud. Nutrimentum enim non peruenit ad epar niſi a ſtomaco ⁊ deinde cum ſit ibi alicuiusmodi redit ⁊ nutrit ſtomacum. ſimiliter poteſt nutrīꝛ cor per uenas que quaſi naſcuntur ex corde. Sed quia uirtus non perficitur ī corde. nō nutrit cor niſi poſtquam perficitur in alio membro. Similiter eſt etiam diſpoſitio ſenſus comunis ex quo eſt principium cuiuſlibet uirtutis ſenſibilis. ⁊ ad quam poſtea reddit cum lucto. Senſus autem ipſius cordis. ⁊ precipue tactꝰ maior eſt. quam ſenſus ipſius cerebri. vnde intelligibiles ⁊ fortiores ſunt eorum dolores. Sed quamuis non ſit illicitum uirtutes fieri ualidiores ⁊ fortiores extra ꝑncipia ſua eo quod ſortiuntur materias ꝑ quas fiunt huiuſmodi. uidetur tamen ꝙ extremitatum cordarum maior eſt potentia ad contrahendum quam potentia ſuorum principiorum que ſunt uerſus partē neruorum. ergo cor eſt principium primū ⁊ ab ipſo uirtutes emanant ad cerebrum quarum quedam ſuas actiones perficiūt in cerebro ⁊ in partibus eius. ſicut imaginatio ⁊ formalis ⁊ cetere quedā uero emanant a cerebro ad alia membra. que ſunt extra illud. ſic ad pupilam ⁊ ad muſculoſ mouentes. Et a corde emanat ad epar uirtus nutriendi. deinde ab epate emanat ad totum corpus mediantibꝰ uenis. ⁊ nutrit etiam totum corpus. uirtutis enim principium eſt ex corde. ſed materie principiū eſt ab epate. De uirtutibus auteꝫ cerebri. uiſus perficitur humore criſtaloido qui eſt ſicut aqua limpida. que recipit formas uiſibilium. ⁊ reddit eas ſpiritui uiſibili. ⁊ fit perfectio uidendi in circuitu neruorum concauorum. ſicut cognitum eſt ex eius cirurgia. ⁊ oſtenſione diſpoſitionis ſue. Olfatus autem fit a duabus caruncults. que ſunt in prima parte cerebri ſimilibus mamilarum capitibus. Guſtus uero fit a neruis cerebri pertingētibus ad linguam. ⁊ palatum. ⁊ dantibus eis uirtutem ſenſus. ⁊ motus. Auditꝰ etiam fit a neruis cerebri qui pertingunt ad cartilaginem. ⁊ expanduntur in ſuperficie eius. Tactus quoque fit a neruiſ cerebri. ⁊ neruis nucalibus diffuſis. per totum corpus. plures autem nerui ſentiēdi naſcuntur ex prima parte cerebri. Anterior enim pars cerebri mollior eſt ⁊ mollities eſt utilior ad ſentiendum. pars uero cerebri que fuit poſterior ⁊ uicinior ſpīe fuit durior. ut paulatim durities accedat ad ſpinam. Cuius tenuitas debet iuuari duritie plures auteꝫ nerui motus qui ſūt ex cerebro non naſcuntur niſi a poſteriore parte cerebri que eſt durior ⁊ durities eſt utilior motui. ⁊ plus conferens ad hoc Et pleriſque autem neruis motus generātur muſculi. Sed cum pertranſeunt muſculos ex illis. ⁊ ligamentis generantur corde. extremitates autem coruꝫ plures continuantur cum oſſibus. Et aliquando continuantur alicubi non cum oſſibus. Et aliquando continuantur muſculi cum membro moto. nulla corda mediante. Nucha autem eſt ſicut pars cerebri penetrans foramina ſpondilium ad hꝰ ut id quod fit exterius non elongetur a membris. Sed ex nucha generantur nerui. ⁊ tranſmutantur ad propinqua loca. que debent moueri per illos. Uirtus uero formalis ⁊ comunis ſenſus fiunt in prima parte cerebri. ſpiritu replente ipſum uentriculum que omnia non fuerunt ita. niſi ut deſpiciāt ſuper ſenſus ꝗꝛ plea

non deriuatur niſi ex priore parte cerebri
Cogitatio vero .ꝛ memoria ſunt in
alijs duobus ventriculis. Sed me
morie locus eſt poſterior.iō ut ſpūs cogita
tionis ſit in medio. ſ. inter theſaurum for
marum ꝛ theſaurum intentionum. Et
ſpatium quod eſt inter utrumqꝫ eſt equa
le.ꝛ ut ille.ꝛ eſtimatio dominentur in to
to cerebro. Poteſt autem hic aliquis
opponere dicens.quomodo forma vnius
montis.vno forma totius mundi. poteſt
deſcribi in inſtrumento paruiſſimo por
tante virtutem formatiuam contra quam
dicimus.ſcientia. quod corpora poſſūt di
uidi per infinitum nos excuſat ab hoc la
bore.ſicut mondus deſcribitur in paruo
ſpeculo.ꝛ in pupila.ꝛ diuiditur.quod ibi
deſcribitur ſecundum diuiſionem illius.
Corpus enim paruiſſimum ſic diuiditur.
ſicut diuiditur ꝛ maximum in numero ꝛ
figura.quamuis diuiſio vnius differat a di
uiſione alterius in menſura.Similiter eſt
diſpoſitio forme imaginabilis in ſuis ma
terijs.ſic enim eſt comperatio eius ī quo
deſcribitur forma imaginabilis vnius ad
alium quantum ad magnitudinem eius ꝙ
deſcribitur.ſicur comperatio duorum ex
trinſecorum in ſua magnitudine. ꝛ parui
tate ſeruata ſimilitudine in ſpatio. Uir
tus autem iraſcibilis.ꝛ ꝙ pendet ex ea nō
eguit membro preter principium. Actio
enim eius vna eſt ꝛ congruit complexiōi
calidiſſime ꝛ eget ea. Non enim eſt eius
operatio quod aliquando operatur.ſicut
operatio eius ꝙ aſſidue operatur.ita qđ
timetur ne multum accendatur. Jra enim
nō accidit niſi aliquando. que autem aſſi
due operantur ſunt comitantia nos.ſicut
intellectuſ.ꝛ cogitatio ꝛ ſimilia.que neceſ
ſe eſt in nobis permanere uel recipere.vn
de membrum aptum recipere iſta debuit
eſſe humidum ꝛ frigidum. ꝛ hoc eſt cere
brum ꝙ multum accenditur calore natu
rali.ſed reſiſtit accenſiōi que venit ex mo
tu. Nutricatio autem debuit neceſſa
rio fieri corpore non ſenſibili. ideo ut cuꝫ
impleretur nutrimento.ꝛ euacueretur nō
doleret neqꝫ noceret ei quod penetraret
in ipſum.ꝛ ab ipſo ad ipſuꝫ. vnde fuit ne
ceſſe eſſe multo humidius ad hoc ut con
ſeruaret calorem fortem reſiſtētia ꝛ equa
litate.ꝛ hoc membrum poſuerunt epar.
Uirtutem autem generandi poſuerūt
in alio membro.multum ſenſibili. ut hoc
iuuaret ad inquirendum coitum ardentiſ
ſime.ꝙ niſi eſſet.non curaretur inde.ꝛ ſi
non eſſet ibi delectatio.non haberetur ꝑ
eo tantuꝫ anxietatis.ꝛ ſolicitudinis.quia
non erat neceſſarium uite ſingularis.
Delectatio uero pendet membro ſenſibi
li.propter quod facti ſunt teſticuli.qui iu
uantur etiam alijs inſtrumentis quoruꝫ
quedam attrahunt materiam. ꝛ quedam
expellunt.ſicut poſtea ſcies cū loquemur
de animalibus.

Laus Deo

Explicit ſingulare opus de anima aui
cene.qui ſextus naturalium eiuſdem dici
tur extractum ab optimo exemplari.

Papie impreſſum per magiſtruꝫ An
tonium de carchano.

Omnes ſunt terni. preter.a.ꝛ. b.qui
ſunt quaderni.